UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III. Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et Decreta

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

De operibus satisfactionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

Visual Library

nouam vitam eſſe docent, vt omnem Satisfactionis vim, & vſum tollant.

De operibus ſatisfactionis.

CAPVT IX.

Docet præterea, tantam eſſe diuinæ munificentiæ largitatem, vt non ſolũ pœnis, ſpõte à nobis pro vindicando peccato ſuſceptis, aut ſacerdotis arbitrio pro menſura delicti impoſitis, ſed etiam quod maximum amoris a argumentum eſt, temporalibus flagellis à Deo inflictis; & à nobis patienter toleratis, apud Deum patrem per Chriſtum Ieſum ſatisfacere valeamus.

a c. ſunt plures in fi. de pœ. diſt. 3.

Doctrina de Sacramento extremæ Vnctionis.

Viſum eſt autẽ ſanctæ Synodo, præcedenti doctrinæ de Pœnitentia adiungere ea, quæ ſequuntur de Sacramento extremæ Vnctionis, quod non modo pœnitentiæ, ſed & totius Chriſtianæ vitæ, quæ perpetua Pœnitentia eſſe debet, conſummatiuum exiſtimatum eſt à Patribus. Primùm itaque, circa illius inſtitutionem, declarat, & docet, b quod clementiſſimus Redemptor noſter, qui ſeruis ſuis quouis tẽpore voluit de ſalutarib. remedijs c aduerſus omnia omnium hoſtiũ tela eſſe proſpectum, quemadmodum auxilia maxima in Sacramentis alijs præparauit, quibus Chriſtiani conſeruare ſe integros, dum viuerent, ab omni

b inf. cã. de Sacr. extremæ Vnctionis.

c Eph. 6.